Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

In codicibus Mss. per errorem amanuensium legebatur annus procedens MCCLVII, quem etiam plurimi descriserunt. Sed tum Nonae Aprilis conveniebant in feriam quintam, non sextam; neque feria quarta cadebat in vigiliam S. Ambrosii, seu diem tertium Aprilis; neque proximus ab obitu dies erat Sabbatum; neque tertius, quo sepultura tradita fuit, incidebat in Dominicam, quae omnia in Vita signantur.

83) Vide in primo Add. proxime superiorem. Dein pauca ad vita ex Vita B. Juliane ab Auctore Anonymo coevo descripta, et ab Henschenio in Actis SS. ad V Aprilis edita. (Lib. II, c. I: Domus Montis-Cornelii -- non longe a Leodio distans a civibus Leodiensibus ob hoc, ut dicitur, fuit specialiter instaurata, ut cives Leodienses utriusque sexus, qui lepra contagium incurrerent, ibidem reciperent mansionem, ipsius domus facultatibus sustentandi. In qua pariter viri et mulieres, sani et incolumes, admittuntur, ut per personas sanas utriusque sexus, diversis et opportunis officiis deputatas, necessitati infirmorum similiter utriusque sexus congrue ministretur: utrique vero sexui suus habitus deputatus est. Viri autem, tam sani, quam aegroti, Fratres; mulieres vero, tam incolumes, quam infirmae, vocantur Sorores. Sororibus praeficitur Priorissa, cui secundum Religionis suae ordinem tenentur obedire. Super omnes tamen Fratres et Sorores domus, constituitur Prior, cui obediendum est a bominibus, ut Praelato. Sunt autem in dicta domo cum Priore aliquanti Fratres Clerici et Sacerdotes, a quibus divina officia celebrantur. --- In hac igitur domo -- Juliana summo Regi infantia et innocentia primordia dedicavit. -- Post obitum vero Sapientia -- constituta est domus ante dicta, non sine divina providentia, Priorissa. --- Tempore juventutis suae -- apparebat ei luna in suo splendore, cum aliquantula tamen sui sphaerici corporis fractione: quam cum multo tempore conspexisset, mirabatur multum, ignorans, quid illa portenderet. --- Tunc revelavit ei Christus; in luna praesentem Ecclesiam; in hunc autem fractione, defectum unius solennitatis in Ecclesia figurari, quae adhuc volebat in terris a suis fidelibus celebrari. -- injunxit eidem, ut hanc solennitatem ipsa inchoaret, et eam debere fieri, mundo primitus nuntiaret. -- Igitur cum a tempore visionis predicta, plusquam viginti annorum curricula pertransiissent -- primum cuncta per ordinem patefecit viro vita venerabili, Domino Joanni de Lansenna, Ecclesiae S. Martini Leodiensis Canonico. --- Expositis igitur omnia supradicta Domino Jacobo de Trecis, tunc Archidiacono Leodiensis Ecclesiae viro utique in lege divina plurimum erudito et sanctitatis meritis decorato. Dehinc a Priore simoniace intruso, sibique infenso fugiens in urbe Leodiensi tribus mensibus hospitata, illo autem per Episcopum deposito revesa; sed Episcopo defuncto, et Prior simoniaco per vim restituto, novam persecutionem passa, recessit Christi virgo cum aliquantis sororibus de domo exasperatrice Montis-Cornelii. -- Mansit autem primitus in Robertimonte, postea in Valle benedicta, deinde in Valle beatae Mariae, domibus monialium Cisterciensis Ordinis. Sed praedictus -- Indecum Namurcum venissent -- cum pauperibus Beghinis ac-

de obitu illius et sepultura.

(post Urbanum IV Pap.)